etiam non descēdit nec ab eo aliquē etiam liberauit. Ratio huius: quod illi puuli nō fuerūt capaces grātiae xpī. nec satisfactio ch̄ri poterat illis suffragari neque ad eos extēdi. Quod ad illos solū extēdīt q̄ ei⁹ membra efficiunt p̄ fidem: vel aliquid fidei sacramentum. Sed neutrū illi poterant habere. Tertius locus est purgatoriu⁹ et est sup lymbū puerorum ibi est pena dāni et sensus ad tēps⁹ dēminutū et finitum. Et sunt ibi tātū tenebre exteriores quia grām habent. Ibi est ignis corporalis in quo aīe illo⁹ qui in hac vita penitentiam suam non impleuerūt affliguntur usque ad satisfactiōem condignā. Queris. Vt illi qui fuerunt in purgatorio libera ti sint. quādo ch̄ris descēdit ad lymbū patrum. Respondeo q̄ non: sed solū illici q̄ tunc purgati fuerunt sufficienter. ut meruerūt h̄ q̄ illo tpe. s. i. dēscēsu xpī libera rari debuissent Rō 6 q̄ passio ch̄ri nō habuit tālē virtutē et trāsitoriā: sed sempiternā. Sed pena purgatori⁹ est trāsitoriarū et palpali⁹. et ideo q̄ fuerūt tales quales nūclunt qui in purgatorio detinentur: non fuerunt a purgatorio liberati p̄ de scensum xpī ad inferos. Sed solū illi qui tunc purgati fuerunt vel alias hoc meruerunt q̄ tpe dēscensus ch̄ri libera ri deberent. Quartus loc⁹ et supīm⁹ est lymbo sancto⁹ patrū ybi fuit pena dāni id est carētia visionis diuinæ non pena sensus. Et erant ibi pene exteriores sed non interiores. q̄ oēs isti in gratia fuerūt. Et ad istū ch̄ris descēdit et fregit. et sc̄tos patres inde eduxit. Ex isto articulo habemus duo documēta. Primum q̄ debemus habere spem de dō. quia si illos qui fuerunt in lymbo visitauit: quilibet nost⁹ potest considerare q̄ nos in tribulationibus nostris non derelinquet. ps: Eum ipso sum in tribulatione: eripiam eum: et glorificabo eum. Secundus do cumētū est q̄ debem⁹ animab⁹ proximorū nostros subuenire. Si enī xp̄s descēdit ad inferos: vt suos liberaret. Et nos ex

emplo ch̄ri debem⁹ subuenire aīaby per suffragia. Ut ipi clamāt ad nos. Job 19. Misericordia mei misericordia mei: sal tez vos amici mei.

De sexto articulo.

Ercia die resurrexit a mortuis.

N Hunc sextum articulum descripsit sanctus thomas apostolus et conuenienter scripsit istum articulum quia ī eo prius dubitauerat: et dō eo plene certificatus fuit. sicut habetur Jo 21 annis. xx. ubi christus dicit thome: Fer digitum tuum huc et vide man⁹ mei as. et affer manum tuam et mitte in lat⁹ meum: et noli esse incredulus: sed fidelis. Unde sanctus thomas in tercia parte. q. 54. ar. 4. dicit q̄ sanctus Thomas apostolus nō solum videt vulnera ch̄ri sti: sed etiam tetigit. **E**tē notādūz fr̄m Henricū de firmaria. Sicut necessariū est nobis credere q̄ christ⁹ mortuus fuit: ita necessariū est nobis credere q̄ resurrexit: q̄ hoc valet ad subleuacionem spei nostre. quia membris datur spes et consideratione capitū. Quis si christus resurrexit: et nos resurgemus. Surrexerat autem resurrectione perfecta q̄ est ad vētū immortale. Rhoma. 6. Ch̄ris resur gēs ex mortuis iam nō morit⁹.

De septimo articulo.

C ecēdit ad celos. sedet ad dext̄ rā dei p̄ris omnipotētis. Hunc articulū posuit beatus bartholomeus. Et necessariū est credere q̄ christus quadragesima die celos ascendit. Quia sicut credimus passionem et resurrectionem sic et ascensionem. quia passio accendit nos ad charitatem. resurrectio erigit ad finem. ascensio eleuat ad spem. Utbi considerandum est in isto articulo magnitudo virtutēs dei. q̄ ascēdit in for ma humana cum corpore et anima. et cum utraq̄ natura diuinā et humana scilicet de monte oliveti qui distat a hierusalem per mille passus. et p̄ntib⁹ apostolis. et cū beatissimā virginē maria. et alijs mulie

De symbolo

ribus q̄ secute eum fuerunt a galilea..
Et cū septuaginta duob̄ discipulis Et
verisimile est q̄ non solum iam dicti p̄n
tes fuerunt in monte oliueri: h̄ etiā mul
ti alij discipuli christi occulti ppter metu
ludeoz, vt nicodem⁹. gathaliel Joseph
ab aromathia, t p̄siles venerunt in pro
cessione cū aplis aut alio mō ad mōtez
oliuetivt viderēt ch̄m dñm suum ascen
dere in celum. Dicit enim magister hy
storiaz q̄ facto prandio in die ascensio
nis cōgregauerunt se in monte syon xp̄i
discipuli t exierunt cū p̄cessione in mon
tem oliuetivt viderent christum ascende
re cum potentia magna. Itē sciendum
q̄ christus ascendit gaudent fm illud.
p̄s. Ascendit deus in iubilatio e: nec ip
se solus gaudebat: sed etiā omnes qui fu
erunt presentes. Similiter angeliz om
nes anime que ab eo de lymbo liberate
fuerunt. videlicet sanctoz patruz p̄phe
carum patriarcharum: sanctoz innocen
tiū. sancti Joannis baptiste, t illoruz
cūstorum qui fuerunt mortui: vel pur
gati a resurrectione christi vqz ad ascen
sionem eius. he anime singule cum chri
sto ascenderunt t fuerunt in maxima iu
bilatione. Et hoc voluit signare: p̄s. di
cens. Ascendens in altum captiuaz du
xit captiuat̄ez. id est illos qui fuerūt ca
ptiuī lymbo ifernī. Sedet ad dexte
ram dei. Ibi sciendum q̄ christus di
citur sedere ad dexteram dei omnipoten
tis. quia simul habet cum patre gl̄iam
diuinitatis. beatitudinem t iudicioraz
potestatem. Quia fm Joannē d'amasc
cenū. Per dexteram intelligitur gl̄ia
diuinitatis. Sed fm Aug⁹. Per dexte
ram beatitudo patris t iudicioraz pot
estas intelligitur. Nam fm naturam di
uinam christus cum patre habet omnia
p̄dicta equaliter in eadem maiestate. q̄r
nullus gradus est in diuinis personis.
videlicet q̄ una persona esset dignior alia
quia sunt per omnia equales t omnino
equa pfecte atqz digne. Christus p̄ fm

humanam naturam t fm q̄ homo dū
ciur sedere ad dexteram patris. id est in
potioribus bonis p̄ eo inib⁹ alijs san
ctis. Transcedit enim corpus christi
sua dignitate p̄ut est vnitum deitati n̄
solum omnem creaturam corpalem sed
etiam sp̄nalem p̄ter animam suam.
Ibd merito debet ei locus altissimus t
nobilissimus. Ibd dicit Greg⁹. i omel:
ascensionis. qui fecit omnia sup̄ oīayitu
te sua ferebat.

De octavo articulo

Ade vēturus est iudicārē vīnos
t mortuos. Istum articulū scr̄bit b̄t̄s Matheus. t mēito q̄
quilibet christianus tenet credere futur
rum iudicium. quia est articulus fidei.
Līra quē articulum queris primo d lo
co iudicij. Responde q̄ locus extremi
iudicij est vallis iōsaphat. Und̄ Joelis
3. Adducā oēs gētes in vallē iōsaphat
vbi disceptabo cū eis. nō tamē putādū
est q̄ christus ad vallem descendat. t q̄
oēs iudicādos vallis illa recipiat Sed
christus erit i aere in loco eminēti ut ab
omnib⁹ possit videri. Et circa eū erant
circa quāqz. t maligni erunt in terra
vndicis circa locū iudicij. Secūdo queri
tur: cū quib⁹ christus veniet ad locū iu
dicij: vel ad iudicium. Responde q̄ cū
angeloz sanctis suis qui tunc erunt in ce
lo: Und̄ Mat. 25. Cum venerit filius
hois i maiestate sua: t oēs āgl̄ ei⁹ cū eo
Tertio queris. an fiet citatio. Respon
de q̄ sic. t hec fiet p̄ vocem tuba q̄ in ad
uentu iudicis ab omnib⁹ audieſ. Joh.
5. Venit hora in q̄ oēs q̄ i monumētis
sūt audiēt̄ vocem filii dei. Et dicit mas
gister i quarto sentētiaz dist. 44 q̄ vox
ista erit xp̄i vel alicui⁹ angli. xl plurium
angeloz q̄ ab omnib⁹ audieſ. et virtute
eius mortui d̄ monumētis excitabūt̄.
Erit em̄ signū v̄ alde eidēs t manifestū
Et ideo v̄ illa dicitur tuba ppter hoc

apostolorum

q̄ erit valde apta. Et dicit nouissima. q̄ post illā nō erit alia. Vñ Apls. i. Coz 15. Lanet em tuba: et mortui resurget in corrupti. Quā horribilis aut hec tuba sonet Hyperon. inuit cū dt. Cū dormieō siue vigilo siue aliqd fecero: sp̄ illavox non uissime tube sonat in aurib⁹ meis. Surgite mortui et venite ad iudicium. Nec vox vt dt Chryso. audiet in celo. Et tūc vides debunt filiū hōis (vt ait lucas) venientem in nubib⁹ celi. Illuc veniet iohannes baptista cū oīb⁹ p̄phetis et patriarchis. Janitor celi petr⁹ cū oīb⁹ aplis et euāges listis. Stephan⁹ cū oīb⁹ q̄ suū innocētē sanguinē fuderūt p̄ dño. Nicola⁹ et martinus cū oīb⁹ p̄fessorib⁹. Katharina cū oīb⁹ virgib⁹. Elizabeth cū oīb⁹ viduas. Anna cū oīb⁹ cōiugatis. Regia celi cū oīb⁹ sacerdotib⁹ et religiosis. qui vlos ad mortē in ei⁹ obsequio pm̄aserūt. Itē vox hui⁹ tube audiet in iferno: vt ait Christo. Et tūc lucifer: sathanas: asmodeus. beelzebub veniet cū om̄i exercitu iferno/ rū. Itē audiet vox tube p̄ totū mūdum ab orientib⁹ ad occidētē. et resurget om̄es parit quoq̄ corpora in fra quieuerūt. Veniet illuc Layn. q̄ xp̄iū frēm suum occidit cū oīb⁹ homicidis. Judas cum oīb⁹ traditorib⁹ Pylat⁹ cū oīb⁹ iniquis iudicib⁹. Lamech cū oīb⁹ adulter⁹. Ananias et zaphira cū oīb⁹ monachis p̄petrātis. Athalía cū pueroz necatricibus. Et procedet q̄ bona fecerūt i vitā etnam. Qui p̄ mala egerūt. in suppliciū etnuz.

¶ Itē sciēdū q̄ iste articul⁹ debet nobis incutere timorem magnum. quia dō omnibus reddituri sumus districtā rationem. Ecclesiast. 12. Luncta que sunt adducet dominus ad iudicium. Nam reddituri sumus ratioē de omnibus cogitationibus nostris. Unde beatus Gregorius. Sic deus cogitationes vniuersitatis considerat. et cunctos gressus di numerat. ut nec minutissime cogitationes que apud nos vsluīluerunt, tuis iudicio indiscissa remaneant. Sa-

pientie. i. In cogitationibus lmpij interrogatio erit. Item dō omnibus verbis Dathei. 12. De omniverbo ocioso qđ locuti fuerint homines. et c. Item de omnibus operibus nostris que gessimus in corpore. sc̄z de om̄i gressu. visu. tactu. auditu. et sic de alijs. Apostolus. Om̄nes nos manifestari oportet ante tribunal christi: ut referat vniusquisq; prout gesserat in corpore suo: siue bonum: siue malum. Item de rebus temporalibus quomodo lucratus es. quomodo posse disti: quomodo expendisti. Item quilibet de officio et artificio suo. scilicet faber sutor. sartor. pistor. et sic de alijs. Similiter officiales sicut magister ciuiū. et sic dō alijs. Itē quilibet de suo statu: siue i statu matrimoniali: siue individuali. siue in statu virginitatis. et sic de alijs.

Denono articulo:

Rēdo in sp̄m sanctum. Expeditis articulis specialiter respicē entibus personas patris et filij: nunc accedendum est ad eos qui etiam in trinitate respiciunt personam. videlicet spiritus sancti. Et istum articulū describit Jacobus minor frater symonis et iudei. Et merito. quia quilibet christianus tenetur credere hunc articulum. Quia sicut necessarium est ad salutem credere in patrem et in filium: ita et in spiritum sanctum. quia ipse est per omniam patris filio equalis quia est eiusdem essentie cum patre et filio. Ergo de necessitate salutis tenetur quilibet christianus credere q̄ spiritus sanctus procedit a patre et filio. In hoc greci errant q̄ dicunt q̄ solum a patre procedit. et non a filio quod est falsum et contra fidē. Unde canitur in symbolo. Qui ex patre filii oīs procedit. Unde etiam ab apostolo spiritus filii nuncupatur. Galat. 4. Divit deus spiritū filii sui in corda vestra. Ergo est spiritus filii. vt iis est a filio. Et

De symbolo

Ita planum est quod procedit ab eo. Ita scilicet quod spūs sanctus ab omnibus est considerandus. Quia per ipsum vivificamur Joannis. 6. Spūs est qui vivificat. nam qui caret spūs sancto: mortuus est. nam sic spūs rationalis necessarius est corpori ut illud vivificet. Si enim auferatur spiritus in puluerem reuertitur. Eodem modo spūs sanctus se habet ad animam. Unde p̄s. Auferes spūm eoz et deficiens. Item necessarius est nobis spūs sanctus. quia nisi per eum a malo liberamur: et bonum operamur. Unde Aug. in libro de gratia. Desiderate auxilium gratie qua sola oculis liberamur a malo. sine qua nullum progressus sine cogitando sive volendo et amando siue agendo facim⁹ bonum.

Dedecimo articulo.

Sicut eccliaz catholicaz hūc articulū descripsit bñus symō q̄ dicitur ē chanane⁹ frat̄ Jacobī minoris et sanguine⁹ salvatoris. Scilicet q̄ ille articul⁹ sic intelligit. i. credo in spiritum sanctum ecclesiam catholicaz sanctificantem. Item scilicet q̄ ecclia. i. congregatio fidelium et q̄libet hominē in gratia existens est membrum ecclie et Christus est caput. Unde Ephesi. 5. Ut est caput mulier⁹ sic Christus est caput ecclie. Et illi⁹ corporis anima est spūs sanctus. quia spūs est qui vivificat. Item sciendum q̄ fides catholica ē una quod patet ex hoc. quia omnes christiani precedentes et sequentes unam habuerunt et habebunt fidem. Ut dicitur in sententiaz. distin. 35. Nam procedentes christiani illa credebant futura que nos credimus preterita. utputa ipsi credebant explicitè vel implicitè filium dei nascitur⁹ passus moritur⁹ resurrexit⁹ celum ascensurus: hec oīa credimus iā facta scilicet filium dei incarnatum. passum. et ceterum. Multi autem saluatoris ad dūcēdū dñi oīpoterē timētes et diligētes sue salutis gratissimum promissorē credētes in promissione fidelē: sperātes certissimum redemptorem. in hac fide et expectatione salutis sunt. licet quando et q̄

li et quo ordine salus repromissa fuerit ignorarent. Igitur ecclesia dicit una extra quam nullus salvatur: et intra quam nullus damnatur. Hoc figuratum ē in archa noe in qua omnes qui fuerunt salvabantur: et omnes qui extra eam fuerunt submergebantur. Igitur periculorum est valde extra eccliam esse. Prescindit autem quis ab ecclia tripliter. Primo propter quodcumque peccatum mortale. quod licet peccatores sint de ecclia quantum ad numerum propter christianitatis signaculum et characterem: quem in baptismō consecuti sunt: tamen non sunt viui quantum ad meritum. Secundo propter heresim. Tertio propter excommunicatiōem. Qui in aliquo predicatione scient mortu⁹ esset non esset cum fidelib⁹ se peliend⁹. nec esset per eo orādū nec aliquod sacrificium offerendum. Secundo ecclia dicitur sancta. Hoc dicitur ad distinctionem ecclesie malignatū q̄ non est sancta: sed impura. p̄s. Odiu eccliaz malignatū. Sed ecclia catholica est sancta et pura que quidem sanctitas attendit ad similitudinem ecclie materialis que cum secreta lauatur et iungitur. Sic fideles loci sunt in virtute illius aque que exiuit de latere ipsius Christi. cuius virtute scilicet passionis Christi baptismus et alia sacramenta virtutem habent. Item fideles Christi vincuntur vincitione spirituali. hec autem vincitio est spūs sancti gratia. Simile est de hoīe: sicut de aere. in die enim spiritus est claritas nisi superueniat nebula: sicut in anima hominis semper est gratia spūs sancti: nisi ipsam expellat per immundiciā peccati. Dedit nam ei spiritus sanctus cum immundicia habitare iuxta illud. Que communicatio lucet ad te nebras. Et dicitur sancta. quod de ea in habitat. p̄s. Domine domum tuam decerpit crudelito. Ap̄ls. i. Col. iii. Nescitis quia templum dei estis. Luc. Templo dei inter vos est. Tertio de catholica. i. vniuersalis. Primo quantum ad locum. quod per totū mundū predicas. Romān. i. Fides haec annunciat in uniuersitate. p̄s. In omnem

Apostolorum xvij

terā exiuit sonus eoz. Secūdo qntuz ad sexum. qz nullus abjicit sive sit iuuenis sive senex. sive masculus. sive femia. Tertio quātū ad rps. quia oēs fideles qui fuerūt a pncipio ab ei iustiz qui vlsqz ad finem mudi erūt: hos continet ecclia et durabit ipa etiam vlsqz ad finē mundi. Quia regnū ecclie est firmissimum. ex quo nō est subuersum p tyrannos. s. ne ronem. dyocletianū. arrium. julianum qui fortissime impugnauerūt eccliam. et conatis sunt eam exterminare. S3 qnto pl' illos fideles martyrizauerēt: tato pl' multiplicati sunt. sicut filii isrl a pharaone oppressi plus fuerunt multiplicati: Exo. i. Immo nec antichrist⁹ pualebit adūsus eā. s. eā ex toto extīniādo. Gl̄ mat. xxvij Ecce ego vobiscuz sum vlsqz ad consummatōem seculi. sed post consummationem tunc remanebit in celo. Sed iam ecclia sancta diuisa est i tres. Una est in mndo. alia i purgatorio. tercia in celo. et hoc designatur in diuisione hostie que in tres partes diuidit i missis sacerdotum.

Convndecimo articulo. **T**unc corporum communionem remissionem peccatorum. Hunc articulum f'm Henricū de firma. posuit Judas tadeus frater symonis et iacobi. Pro quo sciendum qz sanctorum communionis est bonorum spiritualium p sanctos acqz sitorum congregatio. Unde in alia qz sunt nobis credenda etiā specialis est credenda communictio sc̄torum in ecclia. Nam oēs peccatores existentes sine peccato mortali participes sūt omnium bonorum qz sunt in ecclia per quodlibet membrum ecclie. Sicut si candela accendat p aliquo specialiter: omnes qui cū illo sunt beneficium candele percipiunt: nisi in yisu impediatur. scilicet obstatculo peccati mortal' qd obtenebrat intellectum et inficit affectum. Juxta illud psal. Participem me fac deus omnium timentium te. Ratio autem quare communia sunt bona ecclie est

charitas tynitas fidelium. quia charitas nō querit que sua sunt. sed quod utile ē et bonum multis. Ideo ipa est distributrix bonorum que sunt in ecclia. Qz bonū ecclie in singula membra corporis christi mystici distribuat potest declarari p tria exempla. Primum est in homine: cuz cibis fuerit bene digestus dirigit ad singula membra sana. Secunduz exemplū est in arbore in qua humor p radice attractus diuidit p singulos eius ramos saltem nō aridos. Tertium exemplū est in fonte emanante qz diuiditur in multis riuulis nō obstructos. Qn aut ab homine aliqd membrū v'l ab arbore ali qz ramus amputatur: ad illū nō mittitur nutrimentū. sic quādo ab ecclia aliquis pscinditur p heresim aut inobedientiam aut excommunicationem seu charitatis amissionem. tūc priuatur sanctorum cōmunione et bonorum ecclie participatōe. Et hoc qlibet christiano debet ab horre et fugere. quia sic absensus est in statu damnatoris et omnium honorum ecclie p uatus. Sunt autē tria pslida inter alia qz a sanctorum cōmunione proueniunt. sc̄z indulgentia prelatorum. preces sanctorum. et suffragia fidelium mortuorum. Unde est sciendū qz indulgentieveniunt dethezauro ecclie et sanctorum cōmunicione. Huc th̄ezaurum habent dispēre plati ecclie plus et minus huic et iste dando f'm causam rōnabilem. Quatuor tamē req̄runt ad hoc qz indulgentie valeant f'm Th̄o. sup. iiiij. dist. xx. Duo ex predictatis. et duo ex predictis suscipientis. Ex predictatis req̄ritur auctoritas et causa rōnabilis. sc̄z utilitas ecclesiastica. Ex predictis etiam duo. s. vt sit contritus et professus et faciat illud p quo indulgentia est data. Quo ad secundam partē articuli. s. remissionē pctōrum est tenēdū qz oē pctm sive sit actuale sive originale in ecclia p remediarī et mederi. Nam p baptismū tollit oē pctm in baptisato nō sicut accedit. sive h̄ qz rite baptisat̄ sit adulterium.

sue paulus Post baptismū atq[ue] c[on]fessio[n]is
q[ui] lapsus fuerit in peccato siue sit mortale
siue veniale poterit q[ui] verā p[re]niām repa-
ri. Ergo firmiter quilibet credere debet
q[ui] in ecclesia catholica est remissio omni-
um peccatorum. et in nulla alia secta. q[ui] extra
ecclesiam non est sal[vo]. Et contra istū articu-
lum faciunt hoīes despati: qui p[ro]p[ter]e ma-
gnitudinē yl[m] multitudinē peccatorū despe-
rant. q[uo]d ē maximū peccatum. Unū I[ust]is. de
sum. bo. Desperatio ē peccatum omni peccato.
Unū etiā Aug[ustinus]. sup iohem. Denomi-
nē desperādū ē: dum est in h[ab]ita. so-
lum em̄ desperatōis crīmē est q[uo]d mede-
ti non p[ro]t. Ergo credere debem⁹ remissi-
onē peccatorū.

C[on]tudo decimo articulo.

Arnis resurrectionē et vita[rum] eter-
nam amen. Hunc articulū po-
nit beatus Bartholomaeus ap[osto]l[u]s vbi
duo rāgit. Primo generalē resurrectōez
vbi dicit. carnis resurrectionem. Secū-
do etiā glām dices: vitā etiā. Circa
p[ro]mū notandum q[ui] oēs hoīes simul re-
surget in nouissimo die. Unū Jobis. 5.
Elenit hora in q[ui] oēs q[ui] in monumentis
sunt audiēt vocē filij dei. et qui audierint
vivēt. Itē ap[osto]l[u]s. i. ad Cor. 15. Oēs q[ui]
dem relurgemus. Unū credēdū est omni
christiano q[ui] libet homo idem in nu-
mero resurget cū eodē corpore in quo iam
vivit Unū Job. 19. Rursum circumabor
pelle mea: et in carne mea videbo deum
saluatorē meum quem visurus sum ego
sper nō aliis. Ad denotandū idēp[er]ita
tem p[ro]p[ter]e corporis. q[ui]vis em̄ corp[us] in cine-
rem et in puluerem redactum sit: tamen
oīa ista que spectat ad complemētū corpo-
ris redibit. et idem corpus resurget. Et
eadē aīa illius hoīis hoc idē corpus sibi
assumet. et ei p[ro]mūge. Hoc patr[us]. q[ui] si hoī
qui meruit debet p[ro]miari ut iustus ē: ne
cesserit: ut idem corp[us] et eadē aīa i resur-
rectō eitez p[ro]mūgan[do] que prius fuerunt
sunt p[ro]mūcta dū viuerēt an mortē. Hā si aīa
alio corp[us] assūmet: nō eēt resurreccio. sed

nouī corp[us] assumptio. Ex hoc patr[us] q[ui]
idem corpus in numero cuiuslibet electi
q[uo]d nūc est grossum. mortale. corruptibile.
defectuolum. obscurū. passibile et gra-
ue: hoc erit in resurrectōe immortale. sub/
tile. incorruptibile sine defectu: et clarū. et
passibile et agile. Et dico notāter cuiuslibet
electi. q[ui] corpora reprobo[rum] erūt valde
passibilia grossa ponderosa et obscura.
S[ed] q[ui] queret q[ui] de etate resurgentū et q[ui]
titate. R[esponde]r[et]: oēs in eadē etate resur-
gent. sicut xps q[ui] fuit. xxiiij. anno p[re]x[rist]i et q[ui]
dimidij. Sic in eadē etate oēs resur-
ges tā senes q[ui] iuuenes. Et in illa q[ui]
titate stature resurget vnu[s]q[ue] q[ui] nūc
habuit vel habuisset si ad talē etatē que-
nir vel puenisset sine impedimentoo sui sta-
tus. Unū ap[osto]l[u]s ad eph. iiij. Donec occur-
ramus in virū pfectū in mēsurā etatē ple-
nitudinis xpi. X. Quātū ad secū-
dam p[re]m[er]itū articuli vbi dicitur
eternā. Sciendū q[ui] q[ui]libet homo debet
credere vitam eternā: q[ui] vita ipse de[us] est
Jobis. xiiij. Ego sum via veritas et vi-
ta. Et ideo anima que semp erit p[ro]mūcta
deo semp habebit vitam eternam. Et
nota q[ui] vita eterna omnibus bonis ab-
undat. Et ideo est finis omnū desideri
orum nostrorum. nam in vita eterna sen-
sus delectabitur. intellectus illuminabi-
tur. affectus quietabitur. appetitus sa-
tiabitur. Unū Augustini libro. ii. de
cūitate dei. Ochare illam vitam ap[osto]le
ci debuisti vbi est vita sine morte. lux
sine tenebris. iuuēt sine senectute. p[ax]
sine discordia. voluntas sine iniuria. reg-
num sine commutatōe. quia non amittitur.
Unū Jobānis. xvi. Gaudium
vestrum nemo tollerat a vobis. Et eāt ex-
cellens est illud gaudium: et tam multa
sunt ibi bona q[ui] de singulis dicere q[ui] ibi
erunt deficit humanus intellectus. nō
solum humanus heretaz angelicus. ap[osto]lo
attestatē. q[ui] ait. i. Lho. iiij. Q[ui] nec oculū
vidit: nec aur[is] audiuit: nec in cor homi-
nis ascendit q[ui] p[ro]parauit deus his q[ui] dili-

gē illū. Unū etiā p̄s. Qm̄ mille ani an
oc̄los tuos sicut dies hesterna q̄ p̄terit
Ad quā vitā nos p̄ducat iesus xp̄s ma
ne filius: q̄ sine fine vīnit et regnat Amē

Incipit tractat⁹

de septem sacramentis.

A

Sacramēta sunt septē q̄ de
us instituit. et in q̄libet sa
cramēto daf grā digne re
cipienti ip̄m sacramētum

Querif q̄ sunt sacramenta
nc̄citat̄. R̄ndeō fm Ray. q̄ qnq̄. s.
baptism⁹. ɔfirmatio. eucharistia. p̄ma.
et extrema vñctio. Et dicūtur nc̄citat̄
qz sunt in precepto. et tenet q̄libet ad ea
suscipienda p̄ loco et tpe. Reliq̄ duo sunt
sacramēta voluntat̄. s. ordo et matrimo
niū. Querif vtrū sacramēta debeant
pc̄toribus dari. R̄ndeō fm Raymū
dū ppter occulta pc̄tā nō p̄nt sacramē
ta denegari alicui nisi p̄ amonitōēz secre
tam in sp̄cāli: vel publicā factā in gene
rali. vt p̄t̄ de p̄se. di. h. c. phibear. Exi
stens aut̄ in pc̄tō mortali: siue occulto si
ue manifesto mortalr̄ peccat recipiēdo
vt p̄t̄ dist. xl. c. multi. et. xc. c. illb. xi. q.
ij. c. audi. Silr̄ et ministrās sacramēta
in pc̄tō mortali peccat mortalr̄. Queri
tur. vtrū possint iterari sacramēta. R̄n/
deo tria sacramēta nō p̄nt iterari. s. bap
tism⁹ et ɔfirmatio et ordo. qz in collatōe
cuīslibet trīū predictoꝝ im̄p̄mis caract
aie. q̄ etiā p̄ mortē ab aia non p̄t separari.
Unū si q̄s resuscitaref nō esset baptisan/
dus. nec ɔfirmādus. nec reordinādus.
Sec⁹ est d̄ q̄tuor alijs sacramētis Unū
Hugo de scō vic. dt. Si lazarus p̄ re
suscitatōem voluisset resumplisse vxorez
suā: oportuisset q̄ d̄ nouo ɔtraxiſ. Unū
p̄ mortē soluif m̄rimoniū. Silr̄ euhari
stia et p̄ma et extrema vñctio reiterant̄

De p̄mo sacramēto. s. baptismit

Aptisimus est p̄mū sacramētū et
ianua oīm sacramētoꝝ. etiā est

fundamentū oīm sacramētoꝝ. quia nul
li cōserf an ip̄m in ecclia aliq̄d sacramē
toꝝ. Querif quis sit effectus cathecis
mi. Respōdeo fm Tho. in. iij. dist. vi.
q̄ exorcismus habet effectū in corpore et
in aia. quia minuit p̄tatem demonis ne
possit tantū in hoīe sicut p̄us. ne baptis
mum et alia bona impeditat. Sed p̄dici
ta potesta s̄ demōis totalr̄ in baptismito
tollit Sicut pharo p̄us flagellatus est
pplo nō egresso de egypto. et postea po
pulo egresso totalr̄ i mari rubro (quod
est figura baptismiti) ē submersus. Que
rif. vt p̄ omes teneant̄ ad baptismitū. Re
spōdeo fm Tho. in. iij. dist. vi. Quili
bet tenet etiā sanctificatus in vtero xp̄/
ter tres rōes. Primo qdēm ppter acqrē
dum characterē quo adunet pplo dei. et
quasi deputet ad p̄cipiēda diuina sacra
mēta. Scđo vt p̄ baptismiti suscep̄tō em
passioni xp̄i corporaliter cōformet Ter
tio ppter bonū obediētie. qz p̄ceptuz de
baptismito oībus datum est. Johis. iij.
Nisi q̄s renat̄ fuerit ex aqua et c. Que
rif vtrū baptismitus aque possit in ali
quo suppleri. Respōdeo fm Petruz de
tharentasia fm cōem legem non p̄t in
p̄uulis suppleri: cum nō possint habere
vsum liberi arbitrii. Sed si p̄ christo oc
cideretur: p̄ie credif q̄ saluarenf sine ba
ptismito aque. In adultis aut̄ p̄t suppleri
p̄ baptismitum flaminis siue contritiois
et p̄ baptismituz sanguinis. id est marty
ri. Et hoc intellige quādō est articulus
necessitatis. Queritur vtrū puer in
vtero existens possit baptisari. Respō
deo fm Thomā vbi supra: nō potest.
quia talis deo notus est non ecclie. nec
subiici potest operatiōi ministrorum ec
clesie. Unde Augustinus dicit. q̄ sicut
qui non vixit nō potest mori. ita qui na
tus nō fuerit nō potest renasci. Nō de
bet aut̄ mater scindi ut puer poscit na
sci et baptisari Quia fm ipsum nō sunt
facienda mala ut euenerint bona. debet
tamen ip̄a mater scindi si iam defuncta